

XXIV. BELLVNVM (Belluno). Tribu Papiria.

Auctores saeculi XV exeuntis perpaucos titulos habent Belluni vel ad Bellunum repertos, nimirum Felicianus unum, Redianus praeter hunc alios tres. Postea Iohannes Pierius Bolzanius VALERIANUS Bellunensis (1476—1558) scripsit de antiquitatibus Bellunensibus, quem librum scriptum vidi Belluni in bibliotheca Lolliniana, edidit primum cum praefatione scripta a. 1620 ex bibliotheca sua Aloysius Lollinus episcopus Bellunensis (Valeriani de litteratorum infelicitate libri duo. Eiusdem Bellunensia. Nunc primum e bibliotheca Lolliniana edita. S. l. et a. pp. 83. 4). Sed antequam ederentur, collectaneis iis usi sunt plurimi eius aetatis viri docti. Ita ROORTELLUS quae edidit in emendationibus (1557) Bellunensia accepta a Florio Maresio archipresbytero Belluni, quaeque PINELLIUS inde refert in libris hodie Ambrosianis C 61 inf. et D 199 inf., et quae leguntur tam in libro LUGDUNENSI BURMANNIANO Q. 6. sub titulo Viruni (quamquam in his quaedam sunt aliunde adsumpta) quam in libro MARCIANO Lat. XIV, 175 scr. c. a. 1600, quatenus ad Bellunum pertinent, denique LOLLINIANA Gruteri, item ni fallor eiusdem BORGHINIANA, omnia redire videntur ad unum auctorem primarium Valerianum, quem etiam Bellunenses auctores qui postea scripserunt expilare maluisse quam ipsos titulos scrutari consentaneum est. Exemplum supeditabit n. 2043, ubi cum in lapide sit *d(omo) Opiter(gio)* prava Valeriani lectio *Dorifero* apud omnes ante me auctores tam exteros quam Bellunenses nullo excepto repetitur. Unde facile intellegitur in Bellunensibus his a Valeriano traditis consensum auctorum parum valere ad lectionem stabiliendam. Ceterum Valerianus neque indocte neque indiligenter officio functus est, sed ut simplicitatem saepe in eo desideres. — Secuti sunt IOH. NIC. DOGLIONI (*della origine ed antichità di Cival di Belluno* Venetiis 1588. 4. pp. 23), qui ad Valeriana pauca adiecit sua opera inventa, testis in his probus et bonus; Georgius PILONI (*historia . . della città di Belluno* Venetiis 1607. 4. foll. 293), quem inscriptiones antiquas passim fraude interpolasse adnotationes meae cum declarent, item complures inscriptiones aut finxisse aut aliunde transtulisse

inter Bellunenses immutatas et pessumdatas caput falsarum ostendet, ut proprium et bonum nihil omnino apud eum inveniatur; LUCIUS DOGLIONI qui scripsit commentarios duos citatum ad n. 2035 et alterum *sopra l'epitaffio di S. Flavia Vittorina* (Belluni 1791. 8. pp. 32), item libellum *notizie istoriche e geografiche della città di Belluno e sua provincia* (Belluni 1816. 8. pp. 134) qui dedit paucissima; Steph. TICCOZZI (*storia de' letterati e degli artisti del dipartimento della Piave* Belluni 1813), item paucissima supeditans; Io. SARGNANI schedae mihi visae Belluni in aedibus Miari; Franciscus MONACO pictor Bellunensis huius saeculi, cuius fasciculo continente (praeter mappam cum forma Belluni et aedificiorum tabulas duodecim) inscriptionum sigillorumque tabulas viginti, indice destituto certe in exemplo a me adhibito, usus sum non sine aliquo fructu; Florius MIARI (*antiche iscrizioni Bellunesi* 1844. 4 pp. 17), qui libellus titulos proponit versibus non divisus nec multa affert antea ignota. Denique Belluni morantem me et comites Miari adiuverunt schedis paternis aliaque supellectile litteraria quam tenent mihi exhibitis et professor Franciscus PELLEGRINI res antiquas eius agri diligenter perscrutatus. — Libros de Belluno Barpi (Belluni 1630. 4) et Beatiani (Venetiis 1673. 12) vidi, sed cum propriis carerent, omisi.

Bellunum (sic tituli urbanus Orell. 69 = 3549: *M. Oreius M. f. Pap. Secundus Belluno* et Aquileiensis n. 993; in itinerario p. 276, de quo loco dixi supra p. 167, libri variant inter *viam Bellono* et *viam Beloio*; Βελλουνιον Ptolem. 3, 1, 30; *Velunum* Plinii libri 3, 19, 130) Venetorum oppidis adnumeratur tam a Plinio quam a Ptolemaeo. In tribu fuit Papiria (v. titulus urbanus citatus et n. 2044. 2045. 2048. 2055). Municipium fuisse declarat praeter Plinium l. c. inscriptio n. 2044 *p(atroni) eq(uitis) R(omani) m(unicipii)*. Inveniuntur tamen magistratus generis diversi, tam *III viri et iure dicundo* (n. 993) et *aedilicia potestate* (n. 2048) quam *II viri iure dicundo* (2045. 2047), praeterea *praefecti* (n. 2042. 2047) et fortasse *quaestores* (n. 2047) denique *collegium fabrum* (n. 2046).

2036 Belluni in campo ante ecclesiam S. Petri rep. 7 Sept. 1835, extat apud Miarium.

AESCVLA
PIO · AVG
ITYRIVS · SE
CVNDINVS
5 V · S · L · M

Contuli. Ed. Miari p. 10.

2037 basis quadrata. Sedegi quinto a Belluno lapide in colle S. Martini sub altari VAL. DOGL. Nunc Belluni in domo Pagani.

IOVI
O · M

Contuli. Valerianus ant. Bell. p. 77; Pandulphus Foeniculus Regiensis (syntaxis verborum Bononiae 1542, quem librum non vidi) omnino ex Valeriano; I. N. Doglioni p. 11; Piloni f. 13; Miari p. 15.

2038 Bolagi V a Belluno lapide rep. in mausoleo quodam et a Valeriano translata in locum conspicuum VAL. Extat Libani [qui vicus est prope Bolagum] in pariete turris ecclesiae SS. Faustini et Iovitae MIARI. — *Nella chiesa di S. Ciriaco nella villa di Castel della Pieve di Lavazzo* DOGL.

IOVI · O · M
P · HOSTILIVS
SERTORIANVS
V · S · L · M

Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 73 (inde Mur. 4, 3); I. N. Doglioni p. 10; Piloni f. 14; Monaco tab. 6 f. 2; Miari ms. et p. 14; Pellegrini ms.

1 · · OVI Val. (ms.) Pell., IOVI reliqui. — 2 P · HOSTILIVS Pell., P · OSTILIVS Mon. et Miari (ms.), HOSTILIVS Val.

2040 Belluni superioribus annis in fundamentis basilicae reperta, extat ad aedis primariae parietem VALER. Ibidem adhuc. — *In Lebanti città nella Germania ne' Bellunensi popoli* LIGOR.

IMP · CAESARI
M · AVRELIO · AN
TONINO · AVG
ARMENIACO
5 MÉDICO · PARTH
CO · M ^{ax · p} ONTIF
MAX · trib · POT · XXI p. C. 167
IMP · ^{iiii · cos} III · P · P
DIVI · ^{an to} NINI · FL
10 DIVI · HADRIANI · NE
POTI · DIVI · TRAIAN
PARTHICI · PRONE
POTI · DIVI · NERVAE
ABNEPOTI
15 D D

Contuli. Habent Valerianus ant. Bell. ms. et ed. p. 79; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 23 (inde Don. 3, 30 ex schedis ut ait Manut. bibl. Vat.); Ligorius ms. Taur. (inde Gud. 91, 6); I. N. Doglioni p. 9; Pinelli cod. Ambros. C. 61 inf. f. 97 (inde, non ut ait ex schedis Accursii, Mur. 240, 5, ex Mur. Orelli 860); cod. Lugd. Burm. Q. 6; Piloni f. 32; Pococke p. 126, 2; Monaco tab. 5 f. 1; Miari p. 8.

2039 litteris aevi labentis. Rep. a. 1558 *su la nostra possessione da Sei in un campo luogo ditto in Cascel et l'ho messa in una casa da Sei* ANONYMUS MACCII. In vico q. d. Aseio (Xeì) agri Bellunensis DOGL. Fuit ibi in aedibus Salcis, nunc est Belluni in aedibus Miari MIARI.

<i>ab una parte:</i>	<i>ab altera:</i>
P · GHIMI	P · GHMINIVS
NIVS · C · F	C · F · SHIVIRV <i>sic</i>
SHIVIRV <i>sic</i>	V · S · L · M
V · S · L · M	

Contuli. Habent ex schedis saec. XVI Maccius ms. 1, 135 (secundum Marinium; nam non repperi in codd. Maccii Parisinis); I. N. Doglioni p. 12; Piloni f. 15; Monaco tab. 6 f. 3; Miari p. 14. Pro SHIVIRV substituit HVIR Piloni.